

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Disp. VII. De moralitate actus exterioris

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

tinius divina voluntati conjugitur. Addo, quod in tali conformitate consistit perfectissimum exercitium charitatis, ut ostendunt Gratianensis, Rodriguez, & alii Doctores mystici.

**S**ecunda vero pars suadetur: Licet quodlibet volitum materiale Dei, comparatione ad ipsum Deum ut generalem provisorem, & universi gubernatorem, semper sit melius, non tamen respectu nostri: quia nos aliquando tenemur attendere ad rationem aliquam particularem praecepti, vel documenti proximi, vel scandalis; & sic saepe erit conveniens, quod sub illis rationibus particularibus, non ipsum, sed oppositum prosequamur.

**C**onfirmatur: Si quis videat patrem suum morti, & mori in peccato mortali, & per consequens esse damnatum, ex ipso opere videt id esse voluntatem Dei, alias non sic eveniret: Sed non est bonum & laudabile quod filius velit mortem & damnationem aeternam patris, immo ex charitate & pietate tenet ei velle & procurare vitam & salutem aeternam: Ergo tunc non est bonum & laudabile convenire cum voluntate divina in volito materiali, secundum se & absolutè lumpo. Quod addo: quia si tale volitum consideretur ut subest rationi formalis sub qua volitum est à Deo, bonum est illi conformari; non enim volitum à Deo, sub illa ratione sub qua est ab ipso volitum, jultum & laneum est: unde Beati in celo qui operantur solum secundum rationes aeternas & superiores, & nihil volunt nisi sub eo motivo sub quo est volitum à Deo, complacent sibi de morte & damnatione parentum, immo & de permissione peccatorum, & rotarum reprobationis aliorum sibi revelatae à Deo, iuxta illud Psalmi 57. Latabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatorum.

## DISPVATATIO VII.

### De moralitate actus exterioris.

Ad questionem 20. Divi Thome.

**P**LURA disputationes solent de bonitate & malitia actus exterioris, quæ ex supra dictis facile intelligi possunt: unde pauca de his nobis hinc superfluent dicenda.

### ARTICULUS UNICUS.

**A**nactus exterior aliquid bonitatis vel malitia addat ad voluntatem efficacem eisdem exterioris actus.

**C**ERTUM est de fide, actum exteriorem, interiori supposito, veram bonitatem & malitiam moralem habere; cum illo supposito sit liber, & rationi conformis vel disformis. Unde in octo primis Decalogi preceptis, vel præcipiuntur, vel prohibentur actus exterioris: certum est autem quod à Deo non prohibentur nisi mala, nec præcipiuntur nisi bona. Item passim tam in veteri quam in novo Testamento reprehenduntur plures actus interiores, & alii laudantur.

A quod evidens argumentum est, aliquos esse malos, & alios bonos moraliter.

Hoc supposito, inquirimus an actus exterior addat bonitatem vel malitiam ad interiore, à quo imperatur, vel extrinsecè tantum ab eo bonus aut malus denominetur, sicut urina extrinsecè tantum dicitur sana à sanitate que est in animali?

**S**corus quodlib. 18. art. 3. existimat actum exteriore addere bonitatem vel malitiam aetiori, quantumcunq; efficaci; ita ut plus bonitatis moralis habeat voluntas dandi elemosynam cum actu dandi, quam extrinsecus, pedita; & plus malitiae voluntas occidendi hominem, occisione fecurā, quād impedita. Eandem sententiam tuentur ejus Discipuli, Liquet, Tarcetetus, Basiliolus, Rada, & alii quos fert & sequitur Franciscus Felix tractatus de bonit. & malit. cap. 9. difficult. 1. Quibus ex parte subliteribz Vasquez bīc disp. 37. cap. 5. ubi docet actu omnino exterius, ut furari, occidere, &c. esse formaliter malos primari & per se, & non solum per denominationem à malitia internorum; de bonitate vero aleserit eam non inventi formaliter, nisi in actu voluntatis.

Oppositum docuere Magister Sententiarum in 2. dist 42. & ibi Albertus Magnus, S. Bonaventura, Richardus, Durandus, & D. Thomas hic art. 4. cum omnibus ejus Discipulis quoque sunt plures ex Recentioribus. Unde

S. I.

Conclusio negativa statuitur.

**D**ico igitur: Actus exterior, qui est mera exercitio interioris actus voluntatis, non addit illi bonitatem vel malitiam simpliciter in ordine ad præmium vel pœnam essentiali, sed solum secundum quid, & in ordine ad præmium vel pœnam accidentalem; sive non simpliciter, sed solum secundum quid hominem meliorem aut peiorum efficit.

Prima pars hujus conclusionis in primis colligitur ex Scriptura, & SS. Patribus: Deus enim Gen. 2.2. dixit Abraham: Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito proper me, benedicat tibi. Ubi apparet quod Dominus efficeret Abraham voluntatem non distinxit ab actu, in executione non posito ex impedimentoo exteriori, & adeo gratiam voluntatem ipsius habuit, ac si vere occidisset filium. Unde Chrysostomus homil. 47. in Genesim verba illa expendens, subdit: Quantum ad voluntatem carenter dixerat patriarcha, & per cutem pueri immiserat gladium, paternecumque obtulerat sacrificium; & idcirco Dominus, quæ sacrificio reipsa consummato, laudat iustum.

Item Marci 12. & Lucæ 21. duo minuta, quæ vidua pauper visceris in gazophylacium, anteponuntur à Salvatore magnis dicitur eleemosynis: quia scilicet voluntas in ea fuit major, & non ex opere, sed ex voluntate deservit bonitas seu meritum, quando deest facultas. Unde Cyprianus tractat de operib. & eleemosyn. scit: Vidua cum videret Dominus, non de patrimonio, sed de animo opus eius examinans, & considerans non quantum, sed ex quanto dedit, dixit: vidua ista plus omnes misit in dona Dei. Hinc Augustinus conc. 1. in Psal. 105. infert nullum esse quantumcunque pauperem, qui non possit habere eleemosynæ meritorum: quia (inquit) si non habet sacrum vel arca quod donat,

habet cor & voluntas. Vel ut loquitur Gregorius A. Magnus homil. 5. in Evang. Ante oculos Dei non quā vacua est manus a munere, si fuerit arca cordū repleta bona voluntate. Id etiam videtur innuere A. apostolus 2. ad Corinth. 8. dum invitans fideles ad elemosynam, dicit: Ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit perficiendi ex eo quod habet. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Id est (ut exponunt Theodoreetus, Hieronymus, Anselmus, Nicolaus de Lyra, & alii) non minus Deo accepta est animi vestri promptitudo, etiam si minima possitis dare, quam si plura daretis; quia ex voluntate, non ex operibus, pensatur meritum. Unde ait Glossa ibidem, si aqua voluntate, equaliter habent mercedem.

Denique Christus Dominus Matth. 5. ut in duas consenserunt internum voluntatis candem habere malitiam, ac si actus elicitus fuisset, dicit: Omnia qui videntur mulierem ad concupiscentiam eam, iam machatus est eam in corde suo. Quae verba expoenit D. Bernardus Epist. 77. subdit: Quid planius, quod voluntas pro facto reputatur, ubi factum exclusum nuptias? Et D. Augustinus de lib. arbit. cap. 3. Si cui (inquit) non contingat facultas contumebendi cum coniuge alieno, planum tamen aliquo modo sit id eum cogi, & si potest detur, facturum esse, non minus reus quam simus factio reprehenderetur.

C Probatum secundo eadem pars ratione fundamentalis: Bonitas vel malitia, à qua actus est & denominatur bonus vel malus moraliter, non est in natura in actu exteriori, sed in interiori, à quo exterior extrinsecè denominatur bonus, vel malus: Ergo actus exterior nullam addit aucti interiori bonitatem vel malitiam moraliter. Consequenter pater: quia denominativum exinde nihil formæ addit supra denominativum formale, sicut sanum in urina nihil addit sanitatis supra sanitatem animalis. Antecedens probatur primò ex D. Thoma hic art. 3. ad 3. ubi ait: Sicut a sano, quod est in corpore animali, determinat sanum ad medicinam & urinam: hoc modo à voluntate derivatur bonitas actus exterioris: Ego sicut sanitatis solum extrinseca denominatione est in medicina & urina, ita & bonitas moralis in actu exteriori. Idem dicendum de malitia: unde idem S. Doctor infra qu. 74. art. 2. ad 3. negat membra exteriora esse subjectum peccati: quod falsum est, si actus exterioris essent formaliter & intrinsecè mali, malitia moralis.

Secundò idem Antecedens ratione suadetur: Bonitas & malitia moralis fundantur in libertate, ut dicitur 1. ostendimus; unde ibi solum posset esse bonitas vel malitia moralis intrinseca, ubi est libertas intrinseca: Sed in actu exteriori potentia executiva, non est libertas intrinseca, sed tantum extrinseca, ut communiter docent Philosophi: Ergo nec bonitas aut malitia moralis intrinseca, sed duntaxat extrinseca, ab actu voluntatis imperante desumpta.

E Probatum tertio eadem pars ab inconvenienti quod lequit ex adversa sententia. Si enim actus exterioris potentia executiva bonitatem moraliter intrinsecam actu interno voluntatis ipsum impetranti superaddetur, sequeretur quod posset aliquis alium invitum privare aliqua bonitate morali, subindeque merito & præmio essentiali, ipsi correspondente & proportionato: Sed hoc dici nequit, alioquin bona honesta, & dona supernaturalia gratia & gloria, essent fortunæ subjecta, sicut bona exteriora: Ergo nec il-

A lud. Sequela Majoris est evidens: potest enim aliquis alium violenter impedire ne aliquod opus bonum, quod efficaciter determinavit, executioni mandet, & potest illum euentem in Ecclesiam ad audiendum sacrum, ab incepto tunc violerent retrahere; vel dum vult prebere elemosynam pauperi, paratam pecuniam ei surripere: Ergo si actus exterior potentia executiva bonitatem vel malitiam simpliciter in ordine ad præmium vel poenam essentialiem superaddat, poterit aliquis alium invitum aliquo merito & præmio essentiali private.

B Secunda pars conclusionis, qua assert opus exhibut & executioni mandatum, addere quandam accidentalem bonitatem, vel malitiam, cui præmium aut poena accidentalis correspondet, expressè docetur à D. Thoma in 2. dist. 40. qu. 1. art. 3. his verbis: Actus exterior nihil adjungit ad præmium essentialie: tantum enim meretur qui habet perfectam voluntatem aliquid bonum faciendo, quantum si faceret illud: ut si facit unum actum, quantum si faceret multos, voluntate equaliter perfecta manente. Ad præmium autem accidentale ordinatur per bonitatem, que est ipsius actus exteriori secundum se: & ideo actus exterior adjungit aliquid ad præmium accidentale.

C Id claram patet exemplo martyrii, quo D. Thomas ibidem utitur ad explicandum: docent enim communiter Theologici cum eodem S. Doctor in 4. dist. 49. qu. 5. art. 3. quæst. 2. ad 3. eos qui soli voluntate martyres sunt, posse quidem mereri æquale, & majus præmium essentialie, quam qui recipiunt patiuntur pro Christo, non tamen præmium accidentale, quod aureola dicitur; quia illa solum debetur ipsi exteriori passioni, seu actuali tolerantiae mortis, in qua est specialis difficultas, cui præmium aliquod accidentale correspondet.

D Ex dictis intelliges, inepitè omnino constitui 3 à Vasque differentiam inter bonitatem & malitiam, quantum ad hoc quod sita, non vero illa, reperiatur formaliter & intrinsecè in actu exteriori. Cùm enim bonitas & malitia opponantur contraria, aut privativa, necesse est ut in eodem subiecto, in quo est una, possit esse & alia; opposita enī sunt in eodem subiecto proximo & immediato, à quo se mutuo expellunt: Ergo si in actibus exterioris sit formaliter & intrinsecè malitia moralis, bonitas quoque in illis formaliter & intrinsecè esse poterit; vel contra si in illis non possit bonitas intrinsecè reperiari, neque etiam malitia formaliter & intrinsecè in ipsis esse poterit.

E Confirmatur: Si in actibus aliarum potentiarum à voluntate est formalis malitia, & non formalis bonitas, sequitur in illis potentiarum esse habitus vitiosos, qui ex malis actibus earum frequentatis generantur, & in eisdem non posse esse habitus virtutum: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Sequela Majoris patet: nam si in appetitu sensuali v.g. multiplicantur actus intemperantiae formales, necesse est quod ex illis sic multiplicatis & repetitis genereretur habitus intemperantiae: cùm autem in tali potentia Vasquez non admittat actus bonos formales temperantiae, non poterunt ibi generari habitus castitatis & temperantiae. Ablurditas etiam Minoris est evidens: si enim virtus & virtutes essent in diversis subiectis, non se mutuo excluderent, sed possent se compati, etiam in gradibus intensis: sicut calor qui est in manu non expellit frigus pedis, i-

DISPUTATIO SEPTIMA.

258

mō possunt simul esse calor summus in manu, & A  
frigus summum in pede.

§. II.

Principia objectiones solvuntur.

**10** **O**BJICES primò contra nostram assertio-  
nem: Peccatum definitur à D. Thoma infra  
qu. 71. art. 4. Diūcum, fātūm, vel concupitum contra  
legem aeternam. Et quæstione 72. articulo 7. dividitur  
in peccatum cordis, oris, & operis: Ergo non so-  
lum interiores actus, sed etiam externa facta &  
dicta sunt moraliter peccata, subindeque intrin-  
secè mala.

**11** Respondet concessio Antecedente, negan-  
do Consequentiam: nam per dicta & facta, &  
per peccata oris, & operis, non intelliguntur lo-  
gia actus externi, sed una cum actibus internis à  
quibus imperantur, & in quibus malitia consi-  
stit. Unde sensus prædictæ definitionis & divi-  
sionis est, quædam dati peccata pure interea,  
quæ in sola voluntate consistunt, neque in opus  
ad extra prorumpunt, & hæc vocantur peccata  
cordis: quædam vero quæ transirent usque ad ex-  
terna verba vel opera, & hæc prout includunt  
tam actus interiores imperantes, quæm exterio-  
res imperatos, dicuntur peccata oris vel operis.  
Solutio est D. Thomæ citato art. 7. qu. 72. ad 3.  
ubi cùm sibi obiecisset: Non potest peccatum esse in  
ore vel in opere, nisi sit prius in corde: Ergo ista peccata  
non debent contrarie invicem dividiri. Relpondet: Di-  
cendum quod peccata cordis & ora non distinguuntur à  
peccato operis, quando simul cum eo coniunguntur, sed  
prout quolibet horum per se inventur (id est, quando  
invenitur peccatum cordis sive alius, & pecca-  
tum oris sine peccato operis) scit pars motus non  
distinguatur à toto motu, quando motus est continuus, sed  
solum quando motus sit in medio.

Objices secundò celebre testimonium Au-  
gustini, quod Franciscus Felix dicit valde tor-  
quere nostræ sententia defensores. Illud desu-  
mitur ex lib. 13. de Trinit. cap. 6. ubi S. Doctor  
sicavit: Malâ voluntate, vel sôla quisque misericordia efficitur,  
sed miserior potestate, quâ desiderium male voluntatis  
implieatur. In quibus verbis fatetur actum exteriorum, adimpletur mali desiderii, addere supra  
ipsum desiderium maiorem miseriæ, subinde-  
que majorem malitiæ.

**12** Relictis variis solutionibus, quas citatus Au-  
thor refert & impugnat, facile respondetur ex  
principiis supra statutis, quod peccator fit mis-  
erior per actum exteriorum, non ex eo quod ex  
illo nova malitia essentialis accrescat, sed pro-  
pter accidentalem malitiæ, & varia incom-  
moda, quæ actus exterior secum adducit, quæ si-  
ne dubio miserabilem efficiunt peccatorem,  
quæm esset per solam voluntatem peccandi. Ex  
actu enim exteriori mali magis hebetur sen-  
sus, & potentia exteriores priores redduntur  
ad malum; ex illo etiam multoties generatur  
scandalum, & incurrit excommunicatio, vel  
irregularitas, aut obligatio ad restitucionem;  
quæ per solum actum interiorum non inducun-  
tur. Ex quo patet, hoc testimonio nostræ sen-  
tentiae defensores non torqueri, sed potius se-  
cundam nostræ conclusionis partem suaderi.

**13** Objices tertio: Actus interior & exterior di-  
stinctis præceptis prohibentur: nam nonnum &  
decimum Decalogi præceptum sunt de actibus  
interioribus tantum, nempe de concupiscentia

uxoris, & rei alienæ, & tamen fornicatio & futu-  
rum, quæ sunt actus exterioris illis correspon-  
dentes, prohibentur sexto & septimo præcepto.  
Ergo signum est quod actus exterior addit no-  
vam malitiam super actum interiorum.

Sed nego consequentiam: non id est enim po-  
nunt diversa præcepta de actibus interioribus  
& exterioribus supra dictis, quod in his sit di-  
versa malitia, vel ad diversa vita pertinacient  
lia cùm concupiscentia sit pro isto statu ma-  
xime homini connaturalis, poterat aliquis faciliter  
sibi suadere, concupiscere rem vel uxorem  
alienam, dummodo actus non sequatur, non  
esse peccatum, sicut quidam Heretici asserue-  
runt; quæ hæresis regnabat apud Judæos, ut ex  
verbis illis Salvatoris suprà adductis colliguntur:

Omnis qui viderit mulierem ad concupiscentiam, jam  
matutinus est eam in corde suo. Vel etiam dici potest  
specialibus præceptis concupiscentiam rei &  
uxoris alienæ sive prohibitam, quia respectu  
hominis desideria rei alienæ & venerorum sunt  
maxime concupisibilis, & frequentia, deside-  
ria vero aliorum actuum prohibitum per alia  
præcepta non ita quod optimè explicat. S. Do-  
ctor 2.2. qu. 122. art. 6. ad 4. hi verbis: Diendum  
quod homicidium secundum se non est concupisibile, sed  
magis horribile: quia non habet de ratione aliquis boni: sed adulterium habet rationem aliquis boni, scilicet delectabilis: furtum etiam habitationem aliquis boni, scilicet utilis: bonus autem desideria rationem  
concupisibilis: & ideo fuit specie istib[us] præcepta prohibita  
concupiscentia furti & adulterii, non autem con-  
cupiscentia homicidij.

Objices quartò: Si actus exterior non ha-  
beat intrinsecam & formalem malitiam, quam  
addat supra interiorum, nulla effatio quare sit  
in confessione explicandus: Sed hoc damnat  
communis Ecclesiæ consuetudo: Ergo, &c.

Respondeo, negando sequelam Majoris: Li-  
cet enim actus exterior non habeat intrinsecam  
& formalem malitiam, quam addat supra in-  
teriorum; quia tamen est complementum sub-  
stantiale actus interioris, & ex utroque sit unus  
actus moralis in certa specie malitiae, pura furti,  
vel adulterii, debet in confessione declarari, ut  
completa peccati species explicetur.

Addo cum Salmanticensibus in tractatu de  
peccatis disp. 1 o. dub. 1. §. 7. in fine, parum vel  
nihil referre ad hoc ut actio exterior debeat  
confessione explicari, quod in se habeat, aut ad-  
dat, vel non addat malitiam supra interiorum:  
dummodo enim talis actio re ipsa mala & pe-  
ccatum grave sit, sive hoc habeat à forma sibi in-  
hærente, sive existente in alio actu, debet aperi-  
ti in confessione: quia istius præceptum non so-  
lum malitiam, neque solum actum cui inhaeret,  
sed quicquid denominatur absolutè peccatum  
mortale, sub se comprehendit; nec curat unde  
actus accipiat hanc denominationem, sed an  
re ipsa illi substernatur.

Objices ultimò: D. Thomas hic art. 1.2. & 3. 16  
actus exterioris, quos dicimus bonos vel malos  
ex genere, concedit bonitatem vel malitiam  
propriam, nempe ex proprio objecto & circun-  
stantiis; fateturque hujusmodi bonitatem vel  
malitiam esse priorem bonitate, & malitia actus  
voluntatis, ab eaque distinctam & independen-  
tem. Ratio etiam id suadere videtur: Nam id est  
iste actus, polo surari, habet esse peccatum, quia  
ipsum surari est malum & peccaminosum, non  
écontra; si enim surari non esset malum, neque

## DE MORALITATE ACTVS EXTERIORIS.

250

etiam est esse velle futuri: Ergo potius actus voluntatis sumit malitiam ab actu exteriori, quam à converso actu exterior ab interiori.

Respondeo in actu exteriori duplē esse distinguendam bonitatem & malitiam; unam que convenit ei ex objecto, vel materia circa quam versatur, & quæ idcirco obiectiva dicitur; alteram quæ ei competit ut exercetur à potentia exequente, mota à voluntate, & formaliter appellatur. Prima est intrinsecè in actu exteriori; non verò secunda, de qua solū agimus in praesenti. Quando ergo S. Thomas tribus primis articulis hujus questionis, actibus externis bonitatem vel malitiam propriam concedit, loquitur de bonitate duntaxat objectiva, quæ convenit eis quatenus sunt voluntatis objectum, non verò de formaliter, quæ ipsis competit quatenus sunt voluntarii & liberi. Ut patet ex articulo i. in corp. & in lolit. ad 1. ubi sic ait: *Dicendum quod actu exterior est objectum voluntatis, in quantum promittat voluntati à ratione ut quoddam bonum apprehensum, & ordinatum per rationem;* & si est prius bonum quam actus voluntatis; in quantum verò consistit in executione operis, est effectus voluntatis, & sequitur voluntatem. Enī quomodo tota illa bonitas vel malitia quam exterior actus habet à ratione antecedenter ad influxum voluntatis, convenienter illi præcise ut objecto, & sic tantum est objectiva, non verò formalis, quæ est in executione operis, & sequitur bonitatem voluntatis quæ est principium in ut ait idem S. Doctor in corp. ejusdem articuli. Quod etiam fusè explicat in 2. dist. 4. qu. 1. an. 3. & qu. 2. de malo art. 3. ubi ait: *Si consideretur secundum e malum, puta furum vel homicidium,* non est in apprehensione secundum suam rationem, sic primordialiter invenitur in ipsa ratio mali, quia non est ipsum debitu circumstantiis. Sed si accipiatur actus pec-

**A**cati, secundum quod est in executione operis, sic primordialiter & per prius est culpa in voluntate.

Ex quo patet solutio rationis subjunctæ: nam cum dicatur, id est hic actus, volo furari, est malus, quia ipsum furari est malum, & non è contra, verum est, si lyde dicat causam objectivam & specificativam: ex eo enim quod exterior actio furandi secundum se, & ut apprehenditur à ratione, est objectivè mala, refundit in actu voluntatis quo eligitur, & cuius est actu voluntatis, speciem malitiae; sicut omnes actu voluntatis, in quantum actu voluntatis, dat speciem actui ad illud terminato. Si autem sermo sit de causa omnino formalis, quæ per seipsum denominat, propositio illa est falsa, & contraria absolute vera, nempe quod id est furari est formaliter malum, quia volatio à qua procedit, est formaliter mala; unde si hæc volatio ob aliquam rationem, ut propter ignorantiam invincibilem, à malitia excusatetur, nequam ipsum furari esset tunc formaliter peccatum, aut poena dignum, licet adhuc tunc esset objectivè peccaminatum. Est ergo inter actionem externam & internam mutua causalitas, & dependentia: nam exterior ut objectum, præcedit & specificat interior ut actum; interior verò ut forma & actio imperans, præcedit, & specificat exterior ut effectum: sicut eadem bonitas finis, ut est in intentione, est prior electione mediotorum; ut verò est in executione, illà posterior est.

Agit D. Thomas quest. 21. de his quæ consequuntur actus humanos ratione bonitatis aut malitiae moralis, nempe de ratione laudabilis & vituperabilis, meriti & demeriti, sed quia de his agemus in tractatu de merito, in praesenti abstinemus.

